



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De Observatione leivniorum. Titulus XLVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

Qua Formia Canonizandi?

Notat Hostiens. in Summa, Primo oportet inquiriri de vita, morib⁹, rebus præclaris gestis, c. miramur, dist. 91. Secundò, vtrum in vita persecutio-nes passus fuerit, c. omnis, 7, q. 1. Tertio inquiridum de miraculis in vita, & post mortem factis. In quibus quatuor requiruntur. 1. Quod Deo non ex arte quadam procedant, c. teneamus, 1, q. 1. 2. Quod sint contra naturam. 3. Quod non ex vi verborum, sed ex pietate hominis haec contingant, c. cum Marthæ, extr. de celebrat. Milla, 4. Quod sint ad confirmationem fidei, arg. catechumenum, dist. 4. de consecrat.

Quid de Reliquijs?

Præcipit Innocentius III. in Concilio generali Prælati, ut non permittant eos, qui ad eorum Ecclesiæ, causa venerationis accedunt, varijs figura-mentis, aut falsis documentis decipi, sicuti in ple-risque locis occasione questus fieri consuevit, c. cum eo, extr. eod. ideo ne quid in posterum Christianæ religioni detrahatur, ut antiquæ reliquie extra capsam nullatenus ostendantur, nec exponeantur venales: inuentas autem de nouo nemo publicè venerari presumat, nisi prius autorita te Pontificis fuerint approbatæ, decreto vesti, c. fin. extr. eod.

DE OBSERVATIONE IUV.

niorum.

Titulus XLVI.Quid est Ieiunium?

Ieiunium, teste Innocentio, in c. 1. extr. cod. est parsimonia victus, & abstinentia ciborum cer-

ab Ecclesia institutis temporibus seruanda.

Vnde dicitur Ieiunium?

Ieiunium dicitur à quodam intestino ieiuno vocato, quod semper vacuum est, subtile, & ieju-
num, mediaq; viscera vacua & exinanita relin-
quit, Innocent. d.c. 1. extr. eod.

Quotuplex Ieiunium?

Ieiunium triplex dicitur esse: Primum est af-
flictio carnis, ex abstinentia ciborum certis ab Ec-
clesia institutis diebus, ab hominibus communi-
ter obseruanda, de quo propriè hoc titulo dis-
segitur. Alterum dicitur perfectum, scilicet absti-
nentia à cunctis illecebris, iniquitatibus, & illi-
atis voluptatibus: de quo habetur in c. ieuniū,
dft. 5. Tertium dicitur, discreta & moderata ex
naturali ratione conueniens refectio, secundūm
quam non luxuriosam sed temperatam vitam
ducimus: de quo legitur in c. sint tibi, distinct. 5.
de consecrat.

Quæ causa Efficiens?

Potentia appetitiva hominis, & decreta Pon-
tificum, ieunia certis temporibus indicentium,
& consilium nostrum, ext. eod.

Quod Obiectum?

Abstinentia ciborum & viotorum. Vnde ie-
junium non tantum ab escis, sed à cunctis illece-
bris dicitur abstinentia.

Quæ Forma?

Ieiunij obseruatio regulariter secundū natu-
ræ legē constituitur: tantum enim cibi & potus,
(ut ait Cicer. in Catone maiore) sumēdū est, quo
reficiantur, non opprimantur vires tam corpo-
ris quam ingenij. Sed determinatio temporis &

mo

768 ANALYS. IVRIS PONTIFICI
modum ieunandi secūdūm Pontificū institutū
Canonibus traditur, scilicet, c. solēt, de cōsecrat.
dist. i. & tot. tit. hoc, de obseruat. ieuniorum.

Qui Effectus?

Humilitas, continentia, & castitas. Nā, vēd' cit
Augustinus, purgat animām, mentem subleuat,
propriam carnem spiritui subiicit, cor facit con-
tritum, & humiliatum, concupiscentia nebulae
dispertit, libidinum ardore extinguit, casti-
tis verō lumen accendit.

DE PURIFICATIONE POST partum.

Titulus XLVII.

*An mulier post partum editum arceatur ad
ecclesia ingressu?*

Lege Mosaica, mulier, post partum, iudicab-
tur immunda: ideo pariens masculum, usq;
ad 40. fœminam autē si pareret, usq; ad 80. dies
ab ingressu templi arcebatur. Hodie vero, cim
vmbra legis euauuerit, veritasq; Euangelij illa-
xerit: si mulieres post partum editum, acturegra-
tias Deo, ecclesiam intrare voluerint, ne pena
illis in culpam conuerti videatur, nullus mulie-
ribus ad ecclesiam se conferre volentibus, adi-
tus præcludi debet, c. volens, extr. eod.

DE ECCLESIIS AEDIFICAN- dis vel reparandis.

Titulus XLVIII.

*An nouæ ecclesiæ extrui possint? Et quarequirantur?
Non tantum ecclesiæ ruinam minantes exfa-*

bria